

Basilienses tui: quae mora est quin eo concedas quamprimum? praesertim nusquam liberiores cum sint homines, suapte alioqui natura, nunc Lutheri etiam scriptis et meo quodam poemate Germanice scripto mire inflammati? In summa isthinc te eripe et manifestum discrimen prudenter declina.

Hoc te ego hortor; quem vt id faciam, cum ipsi persuadere tibi non possent, communes amici pie admodum exorarunt. Da aliquid omnium votis, si non parcis tuae saluti: nouum hoc tuum in commune benefactum erit. Cede nostris praecibus, qui istorum terorem contemnis; concede amicorum desideriis, si istorum vim non fugis. Nen tanti fuerit Erasmo Louanium vt illius ergo sui fructu vniuersam fraudare velit Germaniam: nimis magni constiterit vnius vrbis amor, si hanc publico preeferas desiderio. Memineris venenum esse clam, et sicas esse memineris, si manifesta non times. Hoc qui te amant efflagitant: quorum tandem studiis concede, et te nobis in commune serua, ac optime vale.

Ex Ebernburgo per amanuensem. Idib. Nouembris Anno MDXX.

Quae in puerum meum contulisti, in ipsum me collata arbitrale. Reddam vicem. Ipsum non remittam hinc; neque enim carere possum fido ministro.

Desyder. Erasmo Roterodamo, theologo Christianiss., amico adorabili, salut. Moguntiae, Coloniae aut vbi vbi est.

## 1162. To THOMAS MORE.

Epistolae ad diuersos p. 589.

Louvain.

HN: Lond. xvi. 1: LB. 554.

(c. November) 1520.

[Subsequent to Ep. 1153. Ep. 1164. 40-2 shows that while at Cologne (pp. 370-1), Erasmus was in hopes that a settlement with Egmondanus had been attained. It may therefore be inferred that the interview with him in Rosemond's presence, which is described here (see also Ep. 1173), had then already taken place. The probable course of Erasmus' movements (see p. 370) leaves room for that interview, perhaps c. 20 Oct., before his departure to Aachen and Cologne; but scarcely for a report of it to have reached More and for his letter inquiring about it to have then come back. This letter must therefore be later than Erasmus' time at Cologne; and may be placed conjecturally in November, after his return.]

ERASMVS ROTERODAMVS CLARISS. VIRO THOMAE MORO S. D.

Qvae tibi narrata sunt de concertatiuncula quae mihi fuit apud huius Academiae Rectorem cum Nicolao Egmondano, nec omnino vera sunt, neque tamen nihil habent veri: sic enim solet rumor, et augere quod gestum est, et variare fabulas. Neque vero mihi tam

## 1162. TIT. CLARISS. VIRO om. H.

1161. 100. poemate] *Clag vnd vormannung gegen den übermässigen unchristlichen gewalt des Bapts zu Rom*, (?Mainz, J. Schoeffer, 1520): see *Hutteni Opera*, iii.

473-526 and HE. pp. 65\*-68\*.

119. Moguntiae] For a report that Erasmus had gone to Mainz cf. BRE. 182, of 11 Nov. 1520: and see Ep. 1101. 1.

5 inimicus est vt patiar illum mendaciis traduci. Rem igitur, vt habet, accipe; quandoquidem video vobis isthic tantum esse occi vt quid hic ineptiamus, vacet cognoscere.

Vbi literis expostulassem apud huius Academiae Rectorem quod Egmondanus in concione nos perstrinxisset, rescriptsit ille, si placeret 10 ipsum audire coram sua verba sonantem, fortasse rem posse componi. Respondi me nihil detrectare, tametsi non essem nescius ab illo μηδὲν γνῶμεν proditurum. Conuenimus, consedit Rector; huic ego dexter assedi, sinister ille. Nec erat inanis ordo. Nouerat Egmon- 15 dani mores, ac de me sibi falso persuaserat eum esse qui possem irritari: proinde medius consedit, quo pugnam dirimeret, si forte λογομαχία ad vngues ac pugnos effervesceret. Rem igitur paucis exponit Rector. Ibi composito ad miram sed ridiculam grauitatem vultu infit Egmondanus: ‘Ego nulli feci iniuriam in sacris con- 20 cionibus. Si Erasmus se putat laesum, proferat; sum illi responsus’. Rogabam an putaret villam atrociorem iniuriam quam hominem immerentem in publica concione traducere mendaciis. Ibi continuo commotus homo, et relicta quam cooperat persona, magis etiam purpurascens—nam rubebat et antea; erat enim tempus pomeridianum—: ‘Et cur’ inquit, ‘tu nos traducis tuis sacrī libris?’ 25 ‘In libris’ inquam, ‘meis nusquam est nomen tuum.’ ‘Nec in con- cionibus’ inquit, ‘meis auditum est nomen tuum.’ Negauit libros meos esse sacros, in quibus aliquando narrem etiam sonnia mea nihilque non nuger; non idem licere in sacris concessionibus. ‘Prae- 30 terea longe minus’ inquam, ‘scripsi de te quam res habet. Tu de me publice mentitus es, dicens fauisse Lutherō; cui nunquam faui in eum sensum in quem tua dicta interpretatur populus, et ipse sentis.’ Ibi iam non commotus sed furenti similis, ‘Imo,’ inquit, ‘tu es autor horum omnium, tu es versipellis ac veterator, et nihil 35 non intorques cauda quadam’. Atque his similia multa euomuit verius quam dixit, quae illi tum suggerebat splendida bilis.

Sensi et mihi concitari stomachum, iamque vox quaedam eruperat, sermonis non satis temperati prooemium, non quidem Racha, sed aliud quiddam, quod peius oleat quam sonat. Sed repressi me illico, satius ducens et meae (nam parum valebam) et Rectoris parcere 40 valetudini, cui et ipsi cum medicis res erat; postremo stultum et indecorum ratus aduersus furentem furere. Itaque subridens verti me ad Rectorem. ‘Possem’ inquam, ‘testari de insigni contumelia, possem regerere conuicium. Appellat me versipellem; liceret ipsum vicissim appellare vulpem. Appellat me duplēcē; possem ipsum 45 appellare quadruplicē. Ait me cauda contórqere omnia; possem dicere illum lingua sua inficere omnia. Sed haec nec viris digna sunt, ac vix etiam mulieribus. Agamus argumentis, finge me . . .’ Hic ille protinus interpellans magno clamore nautico, ‘Non fingo,’ inquit, ‘nolo fingere; hoc vestrum est. Vos poetae fingitis ac menti- 50 mini omnia’. Iam magis ridere libebat quam indignari. ‘Si fin- gere non vis,’ inquam, ‘da igitur.’ ‘Nolo’ inquit, ‘dare.’ ‘Fac’

41. ratus add. H.

43. conuicium F: conuicia H.

8. literis] Ep. 1153.

39. parum valebam] Of this indispo-  
sition I find no other trace.

35. splendida bilis] Cf. Hor. S. 2. 3.

40. valetudini] Cf. Ep. 1153. 228.

inquam, 'ita esse.' 'Non faciam', inquit. 'At pone ita esse', inquam. 'Non ponam', inquit. 'Sit igitur ita', inquam. 'At non est', inquit. 'Quid igitur' inquam, 'vis me dicere?' 'Die', inquit, "Ita est."

55

Vix Rector impetravit ut sineret me loqui. 'Vt verum sit', inquam, 'me in libris meis quaedam scripsisse secus quam oportet, non tamen hoc erat tuum, ad animi tui vindictam abuti sacri loci, sacrae concionis autoritate, et populi simplicis credulitate. Potesas vicissim in me scribere, poteras me in ius vocare. Nunc non tam 60 mihi facis iniuriam quam toti huic Academiae, quam toti populo, quam sacrae concioni, quae longe aliis fabulis dicata est.' Hie quum decesset homini quod responderet, alio, vt solet, deflexit. 'Ia', inquit, 'optares tibi similem autoritatem.' 'Quam?' inquam, 'concionandi?' Annuit. 'Atqui' inquam 'et olim sum concionatus, et 65 arbitror me posse meliora dicere quam audio te aliquando profrentem.' 'Quin igitur' inquit, 'facis?' 'Quia puto me' inquam, 'maius operaeprecium facere scribendis libris; tametsi tuam industriam non improbare, si modo doceres ea quae faciunt ad bonos mores.' Ibi venit homini in mentem quod scripsisset in 70 literis ad Rectorem (legerat enim), haec mihi immerenti, imo bene merenti, indigne fieri. 'Vbi' inquit, 'tu bene mereris?' 'Fatentur' inquam, 'hoc plurimi, me non male meritum de bonis literis.' 'Ia', inquit, 'sic vos eas appellatis; sunt malae literae.' 'Et in sacris' inquam, 'literis multa restitui.' 'Imo,' inquit, 'multa falsasti.' 75 'Cur igitur' inquam, 'approbat Romanus Pontifex suo diplomate?' 'Ia, diplomate' inquit: 'quis vedit tuum diploma?' subindicans a me confictum esse. 'An postulas' inquam, 'vt diploma per singulos circumferam aut in foro exhibeam?' Exhibui Atensi, vedit Dorpius.' 'Ia, Dorpius' inquit; additus et in illum aliquid conuicii, ni 80 Rector illum suo vultu compescuissest. 'Videbis et tu, si voles', inquam. 'Nolo' inquit, 'videre tua.' 'Cur igitur damnas?' inquam. 'Cur in Lutherio damnando tantum apud te valet Pontificis autoritas, in meis probandis pluma leuior est?'

Hoc sermone omisso coepit commemorare, iam velut affectum 85 moturus arte rhetorica, quantis honoribus affecissent me theologi Louanienses priusquam in eos scripsisset. 'Quid non fecimus' inquit, 'tibi?' Caeterum de virulentis obrectationibus quibus me laniarat Egmondanus, etiam priusquam Louanium commigrarem, nulla mentio. Respondi non esse mei moris extenuare cuiusquam 90 in me beneficium, caeterum me hactenus theologorum beneficio non admodum usum fuisse. Ibi nescio quo pacto factus mitior, 'Verum', inquit, 'quia non potuimus'. 'Ergo' inquam, 'ne imputes quod non praestitistis. Nam quantum potueritis malefaciendo, sensi; officii nihil expertus sum, nisi quod me vocastis ad actus quos vocatis, 95 et conuiua quaedam solennia, a quibus nemo magis abhorret quam

65. *N*: At qui *F*. Cf. Ep. 1167. 52.77. *H*: subiudicantis *F*.66. sum concionatus] Cf. 1, p. 37. 15,  
16 and Ep. 43 introd.88. obrectationibus] This passage,  
combined with Ep. 1166. 115 seq., shows  
that Egmondanus was the Carmelite  
of Epp. 483. 26, 7, 948. 136-43.

70. scripsisset] Ep. 1153. 196.

95. actus] Cf. Epp. 695. 18-19, 719. 3;  
but see the *Acta Acad. Louan.*, f°. a<sup>8</sup>.

76. diplomate] Ep. 864.

84. pluma leuior] Cf. Plaut. *Men.*  
488, *Poen.* 812.

ego: tantum abest vt existimem me hoc nomine multum debere vobis. Vos me vltro inuitastis ad amicitiam, ego vt nunquam ambii, ita nunquam dedi ansam dirimendae.'

100 Ex hoc sermone venit homini in mentem de sarta inter nos amicitia, vno ipso nondum satis placato; cum nemo stolidius laesisset quam ille. Putant hoc esse religionis colophonem, vt illis supplices sint, etiam qui non ferendis iniuriis sint affecti: tantum abest vt quenquam ipsi reconcilient, aut iuxta doctrinam Euangeli-  
105 cam benefaciant ei qui laeserit. 'Bene mones' inquit; 'iactas inter nos sartam fuisse concordiam.' 'Quid? an non fuit' inquam. 'Nonne compotauimus splendide in collegio Falconis?' (Constiterat hoc prandium eius domus Moderatori non mediocri pecunia. Et quoniam erat dies Mercurii, tantum piscium erat paratum vni Egmon-  
110 dano quantum satis esset quatuor athletis) 'Nonne proposita pacis conditio, vt vtrinque deleret offensas omnes amnesia?' Negavit ille fortiter quod tot testibus actum erat. Rector interpellans ita moderatus est litem vt fateretur inter omnes Christianos esse aliquam concordiam; caeterum eam pacem non fuisse numeris omnibus  
115 absolutam.

Ego arridens rogabam quota compotatione pax theologica absolu-  
ueretur: me simplicem arbitrari vel sine compotatione confici pacem inter bonos. Hinc rursus aliud illi venit in mentem. 'Recte admones' inquit; 'tu nos habes ludibrio et traducis tanquam 120 ebrios.' Expostulante me vbi vocassem eum ebrium, 'Scribis' inquit, 'me fuisse vuidum a prandio largiore; quid hoc aliud est quam esse ebriosum?' 'Hoc' inquam, 'neque te nominato scripsi, et narro ab aliis dictum: nam tui Carmelitae hoc lemmate te excusa-  
125 bant, ne quis grauius ferret quod dixisses vuidus a prandio largiore.'

102. *H*: Putat *F*.

124. dixisses *F*: dixeras *H*.

101. amicitia] Cf. Ep. 1016. 15n.

108. Moderatori] Nic. Coppin or Meurans († 16 June 1535) of Mons, was M.A. in 1497 from the Collège du Faucon, and became its Principal c. 1505, teaching philosophy there. He was Rector of the University 1512, 1520, 1528; D.D. 26 Jan. 1513; Professor of Philosophy and therewith canon of St. Peter's 2 Nov. 1514. About 1520 he succeeded Adrian of Utrecht in another canonry at St. Peter's; and in 1525 was Dean of the Chapter and Vice-Chancellor of the University (Ep. 1608).

For his attitude towards Erasmus at that time see Ep. 1549. In his later years he was appointed Inquisitor (cf. Ep. 1209. 4n); and in that capacity examined and approved Faber Stapulensis' French translation of the Bible, printed by M. Keyser at Antwerp, 1529-32. By his will he founded scholarships in his own college and in that of the Saint Esprit.

See de Jongh, pp. 160-1; and Val. Andreas, pp. 100-1, 265.

109. dies Mercurii] If this day is correctly named, de Jongh's suggestion (cf. Ep. 1016. 15n) that Friday 7 Oct. 1519 was the date of the formal reconciliation, is impaired. But Erasmus may quite likely have confused one fish-day with another, especially in view of Egmondanus' practice of abstaining from meat on Wednesdays—perhaps something out of the common—to which both the *Epistola de magistris nostris Louaniensibus* and the *Vita S. Nicolai* testify (cf. Zw. E<sup>2</sup>, pp. 385. 8-10, 396. 18-20). The *Apol. de loco 'Omnes quidem resurgemus'* shows that in general Wednesday was not so strictly observed as Friday (LB. ix. 440 E); cf. the *De esu carnium* (ibid. 1212 AB). An English poem recommending the practice was printed by Wynkyn de Worde c. 1500: see E. G. Duff, *Fifteenth Century English Books*, 1917, no. 413.

120. Scribis] In Erasmus' first reply to Lee (see p. 109), the *Apologia qua respondet*, f°. F<sup>3</sup> v°, Jortin ii. 521. For a similar indiscretion cf. Ep. 1170.

'Ia, tui' inquit; indignans, opinor, quod *tui* dixissem, non *vestri*. 125  
 'Quod si maxime' inquam, 'aeditissem nomen, quid erat flagitii si  
 quod tu publice ausus es dicere, ego simili libertate retulisset?  
 Nunc honoris *tui* gratia supprimo nomen tuum, et rem atrocem  
 ciuiliter narro. Dixeras Fabrum ac me, qui nunc pugnaremus inter  
 nos, olim pugnaturos in profundo Tartaro.' 'Ia', inquit, 'hoc ab 130  
 aliis audisti.' 'Verum,' inquam, 'at non ab vno. Sed audes tu  
 negare dictum?' Obticuit; qua quidem in re primum sum admiratus  
 nouum hominis pudorem.

Mox in alium campum expatiatus negauit se vnquam facturum  
 finem vociferandi in Lutherum donec illum confecisset. Respondi 135  
 per me licere illi vociferari vsque ad ilium diruptionem, modo ne  
 in me blateraret; neque me queri quod in Lutherum clamasset, sed  
 quod in me: quod ipsum, si illi vsque adeo cordi esset, pergeret,  
 nihil tamen lueri facturus nisi vt esset bonis omnibus iudicio,  
 quandoquidem in ea concione vidisse passim omnes ridentes. Hie 140  
 ille 'Ia', inquit, 'illi tui erant'. 'Quam mei sint' inquam, 'nescio;  
 plerosque ne de facie quidem noueram.' Inter caetera crimina  
 obiecit et hoc, quod allegarem Epistolas illustrum virorum, qui mihi  
 nonnihil tribuerent; significans eas a me confingi, nec vlos esse  
 qui mea probarent, cum ego ferme totum hoc epistolarum genus 145  
 premam: simulque indicans nihil oportere probatum haberi quod  
 ipsius calculo non esset commendatum. Hinc coniicere licet simul  
 et modestiam hominis, qui sibi tam parum tribuat, et simplicem  
 pureque Christianum animum, qui nihil mali non suspicetur de  
 proximo. 150

Cum inter caetera dixissem non debere videri mirum sicubi querar  
 nonnihil de theologis in libris meis, cum Ioannes Standitus Minorita,  
 theologus, Episcopus a sancto Asino, apud Regem ac Reginam Angliae  
 multis proceribus et eruditis adstantibus impudentissime me detulerit  
 tribus nominibus; primum quod tollerem resurrectionem, deinde 155  
 quod nihili facerem sacramentum matrimonii, praeterea quod male  
 sentirem de Eucharistia: cum in omnibus libris meis nihil magis  
 asseram quam resurrectionem, ac matrimonium aedita Declamatione  
 sic praedicarim, vt theologi putarint errorem esse haereticum quod  
 matrimonio plus satis tribuerim; postremo cum de Eucharistia nus- 160  
 quam neque scripserim neque loquutus sim, nisi sicut decet, id est  
 summa cum reuerentia: 'Ia', inquit, 'haec omnia fortasse sunt  
 vera'. O vocem impotentis animi sibique nihil non indulgentis!  
 Cur haec potius in me vera essent quam si quis dicat Egmondanum

154. adstantibus *H*: adsimilibus *F*.

129. Dixeras] Cf. Ep. 1144. 32n.

introd.), Erasmus has the Christian name wrong.

143. Epistolas] Ep. 1196. 603-5 shows that Erasmus was not referring to the volume with the title given here (see Ep. 300 introd.); but to *Evv* (see p. 210).

153. a sancto Asino] That this is not merely a scurrilous jest is shown by a register of shipping payments for 1524, in which Standish appears as the bishop 'of St. Asse' (Brewer iv, App. 87); cf. Brewer ii. 4074.

146. premam] Cf. Epp. 993. 52n, 1157. 1-4.

158. Declamatione] See Epp. 604. 10n, 670 introd.

152. Standitus] See Epp. 608. 14n, 1126. 43-253. As so often (cf. Ep. 1054

165 compilasse sacrarum aedium gazophylacium? quam incantasse morituros vti sibi traderent haereditatem, frustratis haeredibus? quam ad quaestum prodidisse quae audiuist in arcanis confessionibus? Haec fortasse probabilius in illum competenter quam quae volebat ille videri non abhorrentia a veris in me. Huic diuo committant 170 parentes liberos suos vt imbibant verae religionis semina.

Quid tibi nunc referam singula? Quicquid quoconque casu dicebatur, rapiebatur in occasionem conuicii, non aliter quam solent pueri rixantes ac mulierculae procaces; quicquid dixeram regerebat in diuersum. Obiiciebat epistolam ad Lutherum scriptam. 'Ilic' 175 inquam, 'moneo quid debuerit vitare.' 'Imo', inquit, 'doceas eum scribere.' Etiam hoc videbatur male habiturum hominem, si Lutherus aliquanto melius scripsisset: adeo illum perire cupiebat, non corrigi. Sed illud nullo modo concoquebat quod adiecissem, 'non admoneo quid facias, sed vt quod facis perpetuo facias'. Hic cum 180 excusarem ciuitatem rhetoramicam, qua negamus nos admonere cum maxime admonemus, rursus incanduit. 'Pulchre' inquit, 'dixi; hoc vere rhetorum est, omnia fucare, fingere, mentiri.' Arridens fassus sum aliquando mentiri rhetores, sed interim mentiri nonnunquam et magistros nostros. Rursus cum dicere me consuluisse 185 dignitati theologorum, respondit, 'Nobis hanc curam relinquere; nos prospiciemus'. Cum adderem, exurendis Lutheri libris eum e bibliothecis eximi posse, ex animis non item: 'Ia', inquit, 'ex animis; ibi eum tu posuisti'.

Cum nihil inter nos conueniret—adeo vt si dicere literas bonas, 190 ille continuo vocaret malas; si librum castigatum, ille falsatum; si me dixisse alienum a factione, ille protinus caput factionis appellaret; negaturus et intra oleam esse duri quicquam aut extra iuglandem esse duri quicquam, si quid tale affirmassem—, Rector intersecans rixam iam nimis longam negauit haec esse digna theologis: se lumbentius auditurum si quid faceret ad concordiam sarcendam. 'Age', 195 inquam, 'quando negas eam concordiam vnica compotatione potuisse coire, quid superest ad consummandam?' Hortante Rectore dixit, 'Vt sarcias famam nostram abs te laesam.' 'Vbi?' inquam: 'in Epistolis?' Annuit. 'Illis' inquam, 'iam euulgatis mihi non est in manu 200 quod petis, quanquam illic nullius famam laesi.' 'Ergo palinodiam' inquit, 'cane.' 'Quam?' 'Scribe Louanii synceres et probos esse theologos.' 'Id' inquam, 'haud vnquam negauit; sed quos ego taxauit, si mihi praebebunt probam materiam, magnifice de illis scribam.' Hie irritatus, 'Et tu', inquit, 'si nobis praebueris bene 205 loquendi materiam, bene de te loquemur. Tu stilum habes, nos

170. liberos *H*: libros *F*.  
Corrig.: synceres *F Lond.*

200. quod petis add. *H*.

201. synceres *F*

165. morituros] A common charge:  
cf. Epp. 230. 34, 1196 introd. It is  
brought against Egmondanus in *Epist.  
de magistris nostris*: Zw. E.<sup>2</sup> p. 383. 19.

174. epistolam] Ep. 980.

178. adiecissem] Ep. 980. 52: again,  
as in Ep. 1143. 32-3, not quoted literally.

186. exurendis] Cf. Epp. 1153. 157-8,

1157. 6n.

192. intra oleam] Cf. Hor. Ep. 2. 1. 31.  
198. Epistolis] e. g. in Epp. 539, 908,  
936, 946, 948. 950-1, 967, 980, 991: cf.  
Ep. 1164. 6, 23.

201. Louanii] Cf. Ep. 1173. 35-6.

\* synceres] Ep. 1196. 618-19 shows  
that Erasmus believed Egmondanus to  
have used this form.

linguam habemus.' 'Taxis' inquit, 'nos quod tibi oblatremus a tergo; audeo tibi in os dicere.' 'Nec mirum', inquam; 'tu quibus es moribus, auderes etiam conspuere os boni viri.' Negauit se adhuc esse tam contumacem.

Hoc sermone interrupto Rector admonuit ut de Lutherio, quod <sup>210</sup> erat caput, ageretur. 'Age' inquit, 'scripsisti pro Lutherio; nunc scribe aduersus illum.' Hic inficiatus me scripsisse pro illo, sed pro theologis potius aduersus illum, cum excusassem multa, ocium, imperitiam, metum, inter alia praetexui suspicionem crudelitatis, si saeurem stilo meo in hominem prostratum ac victum. 'Imo, hoc <sup>215</sup> ipsum' inquit, 'scribe, Lutherum a nobis victum esse.' Respondi non deesse qui hoc vociferarentur, vel me tacente: praeterea magis fore decorum si ipsi suam celebrarent victoram qui peperissent: postremo mihi non constare quod eum viciissent, cum libri illorum nondum prodissent in lucem. Sub haec desperans, versus ad Rectorem ait, 'Nonne praedixi nos nihil acturos? Quam diu' inquit, 'detrectat scribere aduersus Lutherum, tam diu habebimus eum pro Lutherano.' 'At isthoc' inquam, 'nomine tu mihi Lutheranus eris, qui nihil scribas aduersus illum; neque tu solus tantum, sed innumeri tecum.' Atque ita non dicto sed significato vale Rectori, <sup>225</sup> non mihi, discessit: quemadmodum qui in gladiatoria schola vulnus praeter certaminis leges acceperunt, caeteris quidem dant dextram, ei a quo laesi sunt non dant.

Habes fere summam illius praecclari colloqui, quod illi tamen visum est admodum blandum, cum hoc ageretur ut me pelliceret <sup>230</sup> eloquentia sua ad insectandum stilo meo Lutherum. Neque passus est ille sibi perire huius confictionis gloriam. Iactitauit apud compotores suos quam fortiter obstitisset in os Erasmo. Rector eadem suis denarrans, non sine risu, negauit se vnquam crediturum fuisse mihi tantum esse temperantiae: quanquam non hinc mihi <sup>235</sup> laudem hanc arrogo, qui prorsus insanus fuisse, si cuni illo contendissem. Et tamen est vñus aut alter hoc sceleratior. Nam hic vt molestus est et pertinax, ita minus habet fuci, semper sui similis. Talem aiunt fuisse puerum, talem magistellum, talem baccalaureum, talem theologiae professorem, qualis nunc est Carmelita. Ne Vul- <sup>240</sup> canus quidem hunc recudat, neque refingat Mercurius. Sibi tamen videtur praecipua basis Christianae religionis et ordinis Carmelitici decus. Tam iucundus est huic Academiae quam sunt fici in oculis. Sed vomicam hanc nemo potest excutere.

Bene vale, mi More.

Louanii. Anno millesimo quingentesimo vigesimo.

<sup>245</sup>

246. Anno . . . vigesimo add. H.

<sup>212.</sup> aduersus illum] Cf. p. 344.

<sup>213.</sup> multa] These points are related far more fully in Ep. 1173. 38 seq.

<sup>216.</sup> victum] Cf. Ep. 1173. 93-7.

<sup>222.</sup> pro Lutherano] Cf. Epp. 1164. 70, 1166. 90n.

<sup>241.</sup> recudat] The classical authority for this word seems to be very slight.

See Forcellini.

<sup>243.</sup> fici] Cf. Ar. *Ran.* 1247; quoted in *Adag.* 1765, with the explanation, 'De iis dicebatur qui pertinaciter vrgerent premerentque negotium aliquod: sumpta similitudine a ficiis, hoc est vitio quod oculis adnascit, nec facile potest auelli oculo incolumi'.